



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Reginonis Abbatis Prumiensis Libri Duo De Ecclesiasticis Disciplinis & religione Christiana

Regino <Prumiensis>

Parisiis, 1671

384. De eadem re.

urn:nbn:de:hbz:466:1-14622

aliorum fraudant, admonendi sunt ut reddant quod fraudulenter abstulerunt. Si verò redde-
re noluerint, usque quò reddant, sicut sancta
synodus constituit, ab Ecclesiæ separentur
confortio.

Ex Concilio Agathensi.

Conc. Agath.
c. 4.
Burchard. lib.
3. c. 140.

CCCLXXXIV. Clerici etiam vel se-
culares, qui oblationes parentum aut donatas
aut testamento relictas retinere præsumple-
rint, aut id quod ipsi donaverint, Ecclesiis aut
monasteriis crediderint auferendum, velut
necatores pauperum, quousque reddant, ab
Ecclesiis excludantur.

Ex eodem.

Conc. Agath.
c. 26.

CCCLXXXV. Si quis Clericus dam-
num Ecclesiæ voluntariè fecerit, de propriis
facultatibus reddat, & communione pri-
vetur.

De mortuis.

CCCLXXXVI. Si quis super mor-
tuum nocturnis horis carmina diabolica can-
taverit &c. Require in primo libello, cap.
CCCLXXXIII.

DE COMMUNIONE.

Ut præcipuæ festivitates in civitatibus cele-
brentur. *Ex Concilio Agathensi.*

Conc. Agath.
c. 18.
Burchard. lib.
5. c. 23.

CCCLXXXVII. Seculares verò qui
Natale Domini, Pascha, & Pentecosten non
communicaverint,